Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Prologus

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

Prologus

Fundamentum aliud nemo potest ponere ut dicit Apostolus preter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Cum deus fortissimus qui deus est et res summe sufficiens et homo est res summe deficiens et quod tale bonum dei est ut nemini deficienti cum bene sit. Ideo quicumque ruinam defectuum suorum evadere et in spiritu reparari desiderat necesse est ei ut a fundamento predicto non recedat quia in eo omnia remedia suis necessitatibus inveniet. Primo itaque peccator accipiens peccatorum suorum sarcinam deponere et ad refectionem anime pervenire audiat deum peccatores invitantem ad veniam et dicentem Venite ad me omnes qui laboratis scilicet labore conditionis et onerati estis scilicet sarcina peccatorum et ego reficiam vos scilicet sanando et fovendo et invenietis requiem animabus vestris et hic et in futuro. Audiat ergo et veniat ad ipsum per profundam contritionem et pollicitam confessionem et studiosum propositum declinandi a malo et faciendi bonum. Secundo peccator sed iam in Christo fidelis effectus tamquam ipsi per penitentiam recto adiunctus studeat diligentissime medico suo adherere et suam familiaritatem acquirere eius sanctissimam vitam recogitando cum qua poterit devotione. Caveat tamen ne inde [illegible] ipsam vitam legendo transeat sed seriatim aliquid de ea per diem accipiat in quo sabbatum delicatum pie meditationis Christo cottidie celebrando ac cogitationes et affectiones orationes et laudes totumque opus diei ad illud reducendo in quo delectetur a tumultu exteriorum et mundanorum impedimentorum requiescere et suaviter obdormire

et apud illum obtinuerit fuerit velud ad certum et purum refugium contra varios et humane infirmitatis varietates quamvis dei famulos impugnantes sepe recurrit. Sepius tamen recurrat ad precipua Christi memorialia videlicet ad incarnationem nativitatem circumcisionem apparitionem presentationem in templo passionem resurrectionem ascensionem sancti spiritus effusionem adventum ad iudicium cum specialibus recordationis et complacentie. Sic enim ipsam vitam Christi legat ut mores eius pro posse imitari studeat. Parum enim prodest si legerit nisi et imitatus fuerit unde Bernardus: Quid tibi prodest pium salvatoris nomen scitare in libris nisi habere studeas pietatem in moribus. Unde et Crisostomus: Qui vult leges de deo vult invenire deum festinet digne vivere deo et ipsa conversatio bona sit quasi lampada lucis ante oculos cordis ostendens eius viam veritatis aperiens. Ista vita in summo desiderio debet esse peccatori propter multa. Primo propter remissionem peccatorum. Cum enim fecerit de se iudicium se per confessionem accusando et iustitie penitentie soluta [illegible] assumendo iam pollicite ambulans cum deo suo predicto modo meditando purgat non modicum a sordibus peccatorum. Deus enim cui adheret omnes consumens est in purgatione peccatorum faciens. Secundo propter sui illuminationem. Ille enim cui assistit lux est in tenebris lucens quo lumine illustratus discet ordinate disponere vitam suam ad [illegible] et celestia ad propria ac proximum et terrestria. Tertio propter gratiam lacrimarum valde necessarium peccatori in hac valle miserie quam Christus qui est fons ortorum et puteus aquarum viventium consuevit peccatoribus sibi adherentibus donare. Quarto propter ~~[illegible]~~ reparationem lapsuum cottidianorum de quibus frequenter levat dominus sibi adherentes

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Iuxta illud Fac serpentem eneum et pone eū
pro signo q̄ percussus aspexerit eū vivet ¶ Quin
to propter dulcem et desiderabilem degustacione
quam in se habet Iuxta illud gustate et videte
quoniā suavis ē dñs ¶ Sexto propter cognicio
nem paterne maiestatis que per cristū solū
haberi potest Iuxta illud Nemo novit patrem
nisi filius et cui filius voluerit revelare
Septimo propter securū exitum ab hac vita
periculosā ¶ Fidelis namq̄ peccator qui modo
cottidie suscipit xp̄m in hospicio cordis sui
lectulū floridū per suaves meditaciones eidem
preparando ¶ Vicissim post mortem reperiet
et suscipiet a xp̄o ut sicud cognoverit et co
aptavit semp̄ et mecum sit cum ipo Hec
vita ē vita bona et iustifica peccatores sibi
adherentes mundans et renovans et eos ci
ves sanctorum et domesticos dei faciens
Est amabilis et dulcis ad conversandum
non enim habet amaritudinem conversacio il
lius nec tedium convictus ipius sed leticiam
et gaudiū ¶ Est deliciosa et et suavis certe
certe q̄ hanc non sapit fastidiens exercicia
cum aliquam diu pio corde fuerit freque
tata ¶ Est pascens et reficiens Iuxta illud
ambrosium Cum dominico xp̄i recipit i
ns maximis delectacionibus exuberacioni
pascitur voluptatum ¶ Est consolatoria solita
rio et quidē optimus comes in ipsis solitudine
placens et confortacionis ac turris fortitu
dinis et facie inimici et a tribulacione
et conversacione temptacione peccatoris
Hec ē vita plana et facilis ad contemplandum
creatorem de q̄ nullus excusare se potest
sicut de contemplacione summe maiesta
tis ad quā nemo raptum potest pertingere
nisi proficiendo per istam vitam nostri
redemptoris ¶ Hanc quicumq̄ incipi
pientes et provecti quicumq̄ proficientes
et perfecti possint habe et si ea inveniē
bonū inde sibi ubi tanquā turtures
reponant et abscondant casti amoris.

pullos quisq̄ pro sua capacitate ¶ Hec
vita multum reddit sanctos dei favora
biles pios et benignos cultoribus suis propter
ipm̄ qui nobis q̄ nobis cū illi cor ē gaudiū
Verbi gracia numquid beata virgo mater
misericordie et pietatis et gracie poterit
te despicē vel oculos suos a te avertere q̄
ms sibi peccator eū viderit nō plus semel
in die sed et propter filiū suū quē sup̄ omnia
diligit in brachiis tuis et inter ubera tua
commemorantem ¶ Numquid poterit te cū filio
suo quem portas deserē cū viderit te predicto
modo filiū suū tam pollicite per singula co
mitantem et eidem pietatis officio devocionis
ministeriū per dies singulos exhibentem Nul
lo modo Sic et ceteri sancti libentissime
respiciunt illos cū quibus deus placitus
habitare dicitur cum ista vita faciat cul
tores suos consortes illorum qua ē et vita
ipsorum ¶ Plane hec vita ē vita beate ma
tris xp̄i ipi sedule ministrant ī annis pu
erilibus et famulantis ¶ Hec ē vita aposto
rum xp̄o familiariter adherencium et cū eo
fideliter perseverancium Hec ē vita cunc
torum suppnorum xp̄o sequencium et eius opera mi
rabilia admirancium et sibi reverenter assis
tencium mecum ¶ Hec vita ē optima pars
scilicet sedere ad pedes xp̄i et audire verbum
eius Unde merito a possessore suo ipsam
modo per graciam colente non auferet sed
ipā ē retribucio illa que suo fideli et per
severanti promittitur et hic incipiens in eternita
tate perficietur Hanc vitam nulla lingua
laudare sufficit adeo bona ē et sancta
et sup̄ omnes vitas dignissima cum sit in
icium cuiuslibet alcioris contemplacionis
ac vite angelice et eterne q̄ precedit ī patria
Nunc pax ē tibi manere cū xp̄o esse in
quem desiderat angeli semp̄ conspicere
Si vis eciam reputare cū xp̄o incipe vestire
ino et noli deserē eū cū servie tenuaē
ē Nunq̄ ergo ad ipm̄ pio corde ut desten

Prologus

Veni saltem de sinu patris in uterum virginis. quasi alter testis cum angelo sancte conceptionis existas in pura fide et congratulare virgini et matri sic pro te fecundate. Adesto eius nativitati et circumcisioni quasi bonus nutricius cum Joseph. Vade cum magis in Bethleem et adora cum eis parvulum regem. Adiuva cum parentibus portare puerum et presentare in templo. Comitare cum apostolis pium pastorem gloriosa miracula facientem. Adesto morienti cum beata matre eius et Johanne ad compaciendum et condolendum sibi et quadam pia curiositate palpando tracta singula vulnera salvatoris tui qui pro te sic mortuus. Quere resurgentem cum Maria Magdalene donec merearis invenire. Admirare in celum ascendentem quasi inter discipulos in monte oliveti existens. Sedentem cum apostolis in cenaculo et abscondere ab exterioribus singulis ut virtute superna ex alto indui merearis. Et si pie ac humiliter et devoto corde sic cum modico tempore fueris conversatus in terris ipse te sublevabit ad se sedentem in dextera dei patris in celis secundum quod promisit fideli peccatori sibi adherenti dicens. Qui michi ministrat me sequatur et ubi sum ego illic et minister meus erit. Quicumque ergo fidelis peccator hanc vitam amabiliter amplexatus fuerit non dubitet quin xpus eum in filium adoptaverit unde et christianus est in christo. Ego diligentes me diligo. Unde et Bernardus. Qui non placet deo non potest illi placere deus. Nam cui placet deus deo displicere non potest. Caveat tamen prudenter fidelis peccator ut in quantum in quocumque statu fuerit confidenciam in meritis suis habeat. Sed tamquam mendicus pauperculus omnino indigentissimus ad elemosinam divitum mendicandam semper vacuus accedat. Hoc autem faciat non quasi ex humilitate ficta merita abscondens sed certissime sciens quod non iustificabitur in conspectu dei omnis vivens. Etiam solius cogitacionis nostre non possumus racionem reddere si ipse voluerit nobiscum in iudicium intrare. Iusto autem magnum sit ingratum. cum pio tamen timore et reverencia ad bonum divitem peccatores vocantem presumptuosus non reputabitur. sicut pauperes seculi contra mendicantes sunt cum se non tamquam dignos sed tamquam miseriores pauperibus ingerunt ad elemosinam divitis mendicandam presumptuosi vel superbi non dicuntur. sed a benignis divitibus misericorditer respiciuntur. Hanc vitam beatus Bernardus plurimum frequentavit qui fasciculum myrre id est cumulum amaritudinis ex vita et laboribus xpi colligens et inter ubera sua id est inter affectiones suas collocavit sic ait. Tu quoque si sapis imitaberis sponse prudenciam atque myrre tam carum fasciculum de principali tui pectoris nec ad horam pacieris avelli. Amara illa omnia que pro te pertulit semper in memoria retinens et assidua meditacione revolvens quo possis dicere et tu. Fasciculus myrre dilectus meus michi inter ubera mea commorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conversione pro acervo meritorum que michi deesse sciebam hunc michi fasciculum colligere et inter ubera mea collocare curavi collectum ex omnibus anxietatibus et amaritudinibus domini mei. Primum videlicet infancie illius necessitatum deinde laborum quos pertulit in predicando. fatigacionum in discurrendo. vigiliarum in orando. temptacionum in ieiunando. lacrimarum in compaciendo. insidiarum in colloquendo. Postremo in falsis fratribus. quorumdam sputorum. colaphorum subsannacionum exprobracionum clavorum horumque similium que in salutem nostri generis silva evangelica copiosissime nostis pertulisse. ubi sane inter tot odorifere myrre huius ramusculos minime pretermittendum putavi et illam myrram qua in cruce potatus est. sed neque illam qua unctus est in sepultura. Quarum in prima applicavit sibi meorum amaritudinem peccatorum in secunda

mortificationem futuram mei corporis de
dicavit. Memoriam habundancie suavitatis horum
eructabo quos adinveneris in eternum non obliviscar
miseraciones istas quia in ipsis vivificatus
sum. Hec meditari dixi sapientiam in hiis
iusticie michi perfectionem constitui in hiis
plenitudinem ~~sciencie~~ scientie in hiis divicias sa
lutis in hiis copias meritorum. Ex hiis m
interdum potum salutaris amaritudinis ex
hiis rursum suavem unctionis consolacionis.
Hec me erigit in adversis in prosperis re
primit et inter leta tristiaque vite presentis
via regia incedendi tutum prebet utrobique
ducatum hinc inde mala imminencia repelli
do. Hinc michi conciliant mundi iudice

[margin:] qui non solum placabilem se et amicabilem representant eum q[illegible]

dum tremendum potestatibus mitem humilem que
figurant ihesum quia inaccessibilis est principibus
terribilis apud reges terre. Propterea
hec michi in ore frequenter sicud vos scitis
hec in corde semper sicut scit deus hec stilo
meo ad modum familiaria sicut apparet.
Hec mea sublimior interim philosophia scire ihesum
et hunc crucifixum. Hunc et vos dilectissimi
tam dilectum fasciculum colligite vobis. Hunc
medullis inserite cordis hoc munite aditum
pectoris ut et vobis inter ubera commoretur.
Habete illum semper non retro in humeris sed
ante in oculis ne portantes et non odoran-
tes et onus premat et odor non erigat.
Mementote quia accepit eum Symeon in
ulnis suis Maria gestavit in utero fovit
in gremio sponsa sibi inter ubera collocavit.
Arbitror et Joseph virum Marie super genua
illi frequenter arrisisse hii omnes ante se
eum habuerunt et nullus retro. Exemplum igitur
sint vobis ut et vos similiter faciatis.
Si enim ante oculos habueritis quem portatis
profecto videntes angustias eius levius vestras
portabitis. Hec Bernardus. Sed quia ista multi
minime cogitant statim fatigati sunt quod
si ista cogitarent non ita cito de bono
opere fatigati essent. Hanc etiam vitam

beata Cecilia virgo legitur habuisse. Ita
inter alia virtutum et laudum preconia de
ea scribitur quod ewangelium Christi absondi
tum semper in pectore portabat quod sic in
telligi videtur quod ipsa de vita domini nostri ihesu
in ewangeliis tradita quedam devociora sibi
preelegerat in quibus die ac nocte corde
puro et integro attencione precipua et
fervent meditabatur et completa circulacione
iterum repetens ac dulci et suavi gustu
ruminans ea in archano pectoris sui pru
denti consilio collocaverat. Sic et suadeo
faciendum. Super omnia namque spiritualis exercicii
studia hec magis necessaria credo. magisque
proficua. et quod ad celsiorem possit producere
gradum. Nusquam enim invenies ubi sic
doceri possis contra vana blandimenta et
caduca contra tribulaciones et adversa contra
hostium temptamenta et vicia sicud in vita
domini ihesu que fuit absque omni defectu perfectissima.
Ex frequenti enim et assidua meditacione
vite eius adducitur anima in eius amorem
ac confidenciam et familiaritatem ita quod stabilitur
contra vana et caduca ut ea vilipendat
et contempnat ut patet in predicta beata
Cecilia. Que ita cor suum de vita Christi reple
verat quod in ipsam vana intrare non poterant
unde in pompa nupciarum ubi tot plana
geruntur cum cantantibus organis ipsa sta
bili corde soli domino decantabat dicens.
Fiat cor meum domine immaculatum ut non con
fundar. Fortificatur quoque contra tribulaciones ut
ea minus timeat et senciat ut patet
in martiribus. Unde Bernardus. Ideirco demum
audit columba mea in foraminibus petre.
quod in Christi vulneribus tota devocione ver
satur et iugi meditacione demoratur in illis.
Inde martirum tollerancia inde illi fiducia
magna apud altissimum. Volt benig
nus dux devoti militis vultum et oculos
in sua sustolli vulnera ut illius ex hoc
animum erigat et exemplo suo reddat

Prologus

ad tollerandum fortiorem Cum ergo non
sentiat sua · dum illius vulnera intuebitur
Stat martir exultans et triumphans · toto li-
lacerato corpore et cruentato latera ferro · non modo
fortiter sed hylariter sanguinem carnis sue circumspi-
cit ebullire cruorem Ubi ergo tunc erit anima martiris
Utique in tuto utique in petra · utique in viscer-
ibus ihesu · vulneribus inimicis patentibus
ad introeundum Si enim in suis esset visceribus
scrutans ea ferrum profecto sentiret · dolorem
non ferret · succumberet et negaret Nunc
autem in petra habitans · quid mirum si in mo-
dum petre duruerit Sed neque mirum · si exul
a corpore dolorem non sentiat corporis · Neque
hoc facit stupor · sed amor Submittitur enim
sensus non amittitur · Nec deest dolor sed con-
temptus Ergo ex petra martiris fortitudo Hec
Bern. Unde quoque est quod multi etiam confesso-
res et alii in laboribus et tribulacionibus
et infirmitatibus suis non solum pacientes
sed et hylares fuisse et esse reperiuntur · quia
ex devota meditacione vite et passionis
xpisti corum anime non in corum corporibus
et visceribus sed xpisti fuisse et esse videntur.
Instruit enim hostium temptamenta et vicia
ut in faciendis et obmittendis errare aut
falli non valeat · cum ibi perfectionem omnium vir-
tutum reperiat Nam paupertatis humilitatis cari-
tatis mansuetudinis paciencie obediencie
ceterarumque virtutum exempla et doctrinam inquiris
sic invenies sicut in vita domini dominus virtu-
tum Quidquid enim virtutum in creatura
habetur · ab ipso xpisto per exempla operis illius traditur
unde Bern. Unde vobis cum virtutibus
qui dei virtutem xpistum ignoratis · ubi namque queso vera
prudencia nisi in xpisti doctrina · Ubi vera iusticia
nisi de xpisti misericordia · Ubi vera temperancia nisi
in xpisti vita · ubi vera fortitudo nisi in xpisti
passione Soli igitur qui eius doctrina imbuti
sunt prudentes dicendi sunt · soli iusti qui de
eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt ·
soli temperantes qui eius vitam imitari student

soli fortes · qui eius paciencie documenta for-
titer in adversis tenent Frustra itaque quis
laborat in acquisicione virtutum · si aliunde eas
sperandas putat quam a domino virtutum · cuius
doctrina seminarium prudencie · cuius misericordia opus
iusticie · cuius vita speculum temperancie · cuius
mors insigne est fortitudinis · unde et Ambrosius Quia
Crux est quod delectum suum sponsa non invenit
sed fasciculum mirre vocat · id est quod dominus sancta mens
xpisti vitam ex omni parte considerat · omnium scilicet
via ex eius imitacione virtutes recipit ut perpetua
tes congregat · ex quibus sibi fasciculum
aptat · quo carnis sue sempiternam putre-
dinem abstergat unde etc. Augustinus
Cum omnibus modis medeatur animabus deus
pro temporum opportunitatibus quas mira sapiencia
eius ordinatur nullo modo beneficencius consu-
luit generi humano · quam cum ipsa dei sapiencia
id est filius unicus consubstancialis patri et coe-
ternus totum hominem suscipere dignatus est
et verbum caro factum est et habitavit in nobis
Satellites voluptatum divicias per inaciose
populi appetebat pauper esse voluit · hono-
ribus et imperiis inhiabat · rex fieri noluit
Carnales filios magnum bonum putabat · tale quoque
coniugium prolemque contempsit · Contumelias super-
bissime horrebat omne genus contumeliarum
sustinuit iniurias intollerabiles esse arbitraba-
tur que maior iniuria est quam iustum innocentemque
dampnari Dolores corporis execrabantur · fla-
gellatus atque cruciatus est Mori metuebat
morte multatus est Ignominiosissimum
mortis genus crucem putabat cruci fixus est
Omnia que habere cupientes non vivebamus carendo
vilescere Omnia que vitare cupientes absurdo
declinabamus perpendo dejecit Non enim ullum
peccatum committi potest · nisi dum appetuntur ea que
que ille contempsit · aut fugiuntur que ille susti-
nuit Tota itaque vita eius in terris per
hominem quem suscipere dignatus est disciplina
morum fuit Et iterum Considerans non appare-
re homines dignos imitacione · quibusque

hec putans mente diu intuere. quod homo fac-
tus est ut hominem vivere doceret. Recor-
dare quid sit illud quod Iohannes ait. Qui se
dicit in Christo manere debet quemadmodum ille
ambulavit et ipse ambulare. et ita nec de-
erit tibi quod sequaris. Unde Beda. Qui enim dicit
se in Christo manere debet sicut ille ambu-
lavit. et ipse ambulare. quod est non ambire ter-
rena sicut Christus. hoc est ambire terrena non caduca
lucra sectari. fugere honores. omnem mundi glo-
riam contempnere. pro celesti gratia amplecti. libenter
cunctis prodesse. iniurias nulli inferre et
sibi illatas sufferre patienter. sed et inferen-
tibus a Domino veniam postulare. numquam suam
sed conditoris gloriam semper querere et quos va-
let secum ad superna erigere. hec et huiusmodi
gerere est vestigia Christi sequi. hec Beda. Christi
itaque vestigia sequi debemus. quia ut ait Am-
brosius. In cognitione Christi omnem salutem
et sapientiam habemus. Et iterum. Omnia habe-
mus in Christo et omnia nobis Christus. Si vul-
nera sua curari desideras medicus est. si
febribus estuas fons est. si gravaris iniqui-
tate iusticia est. si indiges auxilio virtus
est. si tenebras fugis lux est. si celum desideras
via est. si cibum queris alimentum est. hec
Ambrosius. Et ideo bene per quendam sapientem
dicitur. hoc est nescire. sine Christo plura scire. Et si
Christum bene scis. satis est si cetera nescis. Uti-
nam sapientes huius mundi hec saperent
et intelligerent. et statum suum in hanc commuta-
rent. Qui ergo Christum sequitur errari vel
falli non potest. Ad cuius virtutes imitandas
et adipiscendas ex frequenti meditatione
vite ipsius cor attenditur et animatur. ac di-
vina virtute illuminatur adeo ut plures
illiterati et simplices sunt. quod magna et profunda
dei inde cognoverunt quia ibi invenitur unctio
que paulatim purificans mentem et elevans
docet de omnibus. In omnibus itaque virtu-
tibus et bonis moribus semper propone tibi
illud speciosissimum speculum et totius sanc-

(Margin: i si morte times uita est)

titatis exemplar scilicet vitam et mores
filii dei domini nostri Ihesu Christi qui ad hoc de celo
nobis missus est ut preiret nos in via virtu-
tum et legem vite ac discipline suo nobis
daret exemplo et erudiret nos sicut se-
metipsum. ut sicut ad ymaginem eius na-
turaliter creati sumus. ita ad morum eius
similitudinem per imitationem virtutum pro nostra
possibilitate reformemur quam eius ymaginem
in nobis per peccatum fedavimus. Quanto
autem quisque se ei in virtutum imitatione con-
formare studuit. tanto ei in patria in glorie
claritate propinquior et similior erit. Stude-
as ergo singulas quasque etates et
virtutes quas eius per singulas sicut fidelis
discipulus pro posse studeas imitari. In labo-
re etiam exteriori et interiori recordare
laborum et adversitatum eius. Et quandoque in a-
liquo gravaris statim ad ipsum recurrens quasi
pauper tamquam parvulus ad matris gremi-
um curre. totum illi revela. totum committe.
totum in ipsum iacta. et proice. et ipse pro tuo
dubio tempestatem sedabit et revelabit
te. Non solum autem vigilans domino Ihesu in-
tendas. sed et cum corpus strato recolligis. et
caput reclinatorio reponis. sit tibi quasi cum beato
Iohanne super pectus Ihesu recumbens. sicque re-
cumbens super pectus Ihesu suge ubera eius
et in pace in idipsum dormies et requiesces.
Et universaliter in omnibus dictis et factis
tuis quasi exemplar respicias in ipsum incedens
et stans. sedens et iacens. comedens et bi-
bens. loquens et tacens. solus et cum aliis.
ex hoc enim magis eum diliges et familia-
ritatis eius gratiam et fiduciam maiorem
assequeris et in omni virtute perfectior eris.
Et hec sit sapientia tua et studium tuum semper
de Ihesu aliqua cogitare unde provoceris ad
imitandum vel afficiaris ad amandum ipsum.
Talia enim meditando et tempus utiliter ex-
pendens dum occuparis in bonis studiis
et divinis. circa dominum Ihesum. et mores tuos

emendabis ad formam vite ipsius dum in omnibus ascendit tuus semper ad ipsum respectus. omnis perfectionis speculum et exemplum. Et quanto magis has frequentaveris meditationes tanto magis eas tibi reddes familiares et facilius tibi occurrent et iocundius te reficient. Vidistis ergo ad quam excelsum gradum meditationes vite Christi perducunt. Nunc in ipsas meditationes te aliqualiter introducere temptabo. non omnia que in evangelio scripta sunt pertractando sed quedam devotiora ex hiis eligendo. Nec credas quod omnia que Christum dixisse vel fecisse meditari possumus scripta sint. Sed ad maiorem impressionem ea tibi sic narrabo prout contigerunt vel contigisse pie credi possunt secundum quasdam ymaginativas representationes quas animus diversimode percipit. nam circa divinam scripturam meditari intelligere et exponere multifarie possumus. prout credimus expedire dummodo non sit contra veritatem vite vel iustitie aut doctrine. id est non sit contra fidem vel bonos mores. Quicunque vero asserit de deo aliquid quod non est sibi certum vel per naturalem rationem vel per conscientiam vel per fidem vel per manifestam scripturam presumit et peccat. Cum ergo me narrantem invenies ita dixit vel fecit dominus Jhesus seu alii qui introducuntur si id per scripturam probari non possit. non aliter accipias quam devota meditatio exigit. hoc est perinde accipe ac si dicerem meditor quod ita dixerit vel fecerit dominus Jhesus et sic de similibus.

Tu autem si ex hiis fructum sumere cupis toto mentis affectu diligenter delectabiliter et morose omnibus aliis curis et sollicitudinibus tuis obmissis ita presentem te exhibeas hiis que per dominum Jhesum dicta vel facta sunt et hiis que narrantur ac si tuis auribus audires et oculis videres quia suavissima sunt ex desiderio cogitanti vel multo magis gustanti. Et ideo quamvis multa ex hiis tamquam in preterito facta narrantur. tu tamen omnia tamquam in presenti fieri mediteris. quia ex hoc maiorem sine dubio suavitatem gustabis. Lege ergo que facta sunt tamquam fiant. pone ante oculos tuos gesta preterita tamquam presentia. et sic omnia magis sapida senties et iocunda. Unde et quandocunque ~~me~~ denotam loca in quibus hoc vel illa sibi facta. quantum [illegible] valet homini cum audit evangelium legi et hoc evangelium vel hoc factum tali vel tali loco gestum cum scit rem gestam et loci situm. Ad terram et sanctam quam universe Christi ecclesie nocte dieque honorare non desinunt quam bonus ille Jhesus inhabitando et verbo doctrine illuminando illuminatam suo sacratissimo sanguine consecravit. delectabile est aspicere. Sed delectabilius eam oculis corporeis intueri et mentis intellectu revolvere quomodo in locis singulis in ea medio salutem sit dominus operatus. Plures enim evidentie sufficit. quot devoti discurrentes per loca singula in presentia vehementia osculantur terram. amplectuntur loca in quibus dulcem Jhesum vel stetisse vel sedisse vel aliquid aliud egisse audierunt. nunc tundunt pectus nunc fletus nunc gemitus nunc suspiria emittentes gestu corporis et devotionis quam sunt ostendunt et absque dubio inter hec in lacrimas provocant plerosque eciam sarracenos. quid dicam de patriarchis Jacob Joseph et fratribus eius qui cum omnino in terra illa esse non possent elegerunt in ea mortui sepulturam.

Quid plura. tarditas ingenii stupenda est christianorum nostri temporis quod tot exempla habentes tardi sunt de manibus inimicorum eruere terram quam consecravit sanguine suo rex Jhesus. Et nota quod pro regula generali quibuscunque in sequentibus meditationes singulares non inveneris sufficit quod rem per dominum Jhesum dictam vel gestam ante mentis oculos ponas et cum eo conversaris ac familiaris ei fias. Nam in hoc videtur

habetur maior dulcedo. et devocio efficacior
et quasi totus fructus harum meditationum
consistere ut ubique et semper intuearis de
vote in actu suo et moribus ut quando
stat cum discipulis suis. quando cum pecca
toribus quando loquitur et quando predicat quando
vadit et quando sedet. quando dormit et
quando vigilat quando comedit et quando aliis mi
nistrat quando sanat egrotos. et quando
alia miracula facit describens tibi in corde
tuo mores eius et actus quam humiliter se habuit
inter homines quam benigne inter discipulos
quam misericors fuit super pauperes quibus
se similem per omnia fecerat. et qui eius fa
milia specialiter videbantur. quomodo nullum sprevit
vel horruit etiam si leprosus esset quomodo divi
tibus non adulabatur quam liber fuit a cura
mundi nec anxius pro corporis necessita
tibus quam paciens ad contumelias et quam
mitis in responsis. non enim studuit se
verbo mordaci et amaro vindicare. sed
blando et humili responso alterius maliciam
sanare quam compositus in omnibus gestibus su
is fuit quam sollicitus de animarum salute
quarum etiam amore quarum etiam amore dig
natus est mori. quomodo seipsum prebuit ex
emplum omnis boni quam compaciens afflictis
fuit quomodo infirmorum imperfectioni condescen
dit quomodo peccatores non sprevit
quam clementer penitentes suscepit. quam obe
diens fuit parentibus. quam promptus in
ministrando omnibus unde ipse ait Ego
in medio vestrum sum sicut qui ministrat. quo
omnem iactanciam et omnem singularitatis ~~os~~
~~tacionem~~ ostentacionem declinavit. quomodo
omne scandalum cavit. quam modeste in
edendo et bibendo se habuit quam verecun
dus in visu fuit. quam studiosus ad ora
cionem quam sobrius ad vigilias quam paci
ens laboris et penurie. et quam placidus
in omnibus fuit. Et similiter secundum
hunc modum in omnibus dictis et factis
que de christo legeris vel audieris meditare
mores et gestus suos qualiter ipse in omnibus
se habuerit vel habere potuerit. secundum
tuam estimacionem. quia in omnibus semper
optimo. et perfectissimo modo se gerebat. qui
in omnibus semper operatur et perfectissimum
est Erat enim aspectu dulcis colloquio suavis
et omni conversacione benignus Et maxime
contemplare faciem eius si potes eam y
maginari quod super omnia videtur difficilius s[ed]
forte reficeret iocundius Et istud sit tibi
doctrina et recursus omnium que sequuntur ut u
bicumque dictum vel factum narrabitur si aliter sin
gulares meditaciones non fuerint expresse vel
etiam iste generales fuerint obmisse recurras
ad hunc locum et sufficiat tibi quod hic gene
raliter est dictum Ut autem christi faciem et
formam seu figuram eius tota et ex hiis actus
seu mores et gestus suos melius valeas
meditari. quedam de hiis alibi scripta hic
inserere utile iudicavi Legitur enim in libris an
nalibus apud Romanos contineri quod Ihesus
christus qui dictus fuit a gentibus propheta veri
tatis. statura fuit procere mediocris et specta
bilis vultum habens venerabilem quem possent
intuentes et diligere et formidare Capillos ha
bens ad modum nucis avellane premature
fere usque ad aures ab auribus autem
crispos aliquantulum ceruleos ab humeris
ventilantes. discrimen habens in medio ca
pitis iuxta modum nazarenorum Frontem pla
nam et serenissimam cum facie sine ruga et si
ne macula quam rubor moderatus ven
tilavit Nasi et oris nulla fuit
reprehensio Barbam habens copiosam et
impuberem capillis concolorem non longam sed
in mento bifurcatam Aspectum simplicem
et maturum. oculis glaucis variis et
claris existentibus In increpacione erat ter
ribilis et in amonicione blandus et amabi
lis hylaris servata gravitate Aliquando fle
vit sed numquam risit In statura corporis

Prologus

compositus et rectus. Manus et brachia visu delectabilia. In colloquio affabilis · ra cionabilis maturus et modestus. Et ideo merito dicitur secundum psalmistam · Speciosus forma pre filiis hominum &c. Vnde Inter omnes ergo scripturas precipue ewangelium quod secundum Augustinum inter omnes divinas auctoritates que sacris literis continentur merito excellit. studeas pre manibus semper habere · et in corde tuo iugiter circumferre · quia hec te de vita et moribus domini nostri ihesu christi et de omnibus ad salutem necessariis po terit clarius edocere. Nam secundum Crisostomum ewangelium tocius perfectionis nostre voluntatis summa continet et omnia legis complecta sunt et hic precepta et exempla vivendi plenissime sunt digesta. Vnde Crisostomus. Oportuerat quidem nichil nos indigere auxilio literarum. sed tam mundam in omnibus exhibere vitam. vt illarum vice gracia spiritus vteretur et sicut atramento pagine ita corda nostra inscriberentur a spiritu. Primam vero hanc a nobis expulsimus graciam. age vel secundum hanc dun ciam expectacionem et intendamus hiis que scripta sunt. Non enim frustra data sunt scripture vt in libris eas habeamus solum sed vt in cordibus conglutinemus eas. Si enim in domum vbicumque fuerit ewangelium posi tum non audebit accedere dyabolus. multo ma gis animam intelligencias habentem tales et circumferentem non tanget. continget. neque super veniet ei demon neque peccati natura. Sanctifi caturque eciam anima. sanctificatur corpus tuum. hoc in lingwa et corde semper habens. Si enim turpi loquium perdidit et demones vocat manifestum est quod spiritualis lectio sanctificat et spiritus evellit graciam. Intendamus igitur dilecti scripturis et si nullum aliud ewangelium saltem circumstudiosa nobis fiat et hec pre manibus ha beamus. Confestim enim expandens librum si permanseris vsque ad finem. omnia terrenas mundana omnia deridebis que hic sunt. Et si dives fueris nichil reputabis divicias. Et si inops fueris non confunderis inopia

Non capies non divicias eris si concupi tor eris magis inopie et respuens divicias. Si vero hoc fiet &c. omnia abhominabis mala. Multa alia lucraris quod non est nunc sermonem profundere dicere. Sciunt autem qui experienciam susceperunt. Et iterum. Quid vero quo ewangelium est quale fiet. Vbique deus conversatus in terra. homo ascendit in celum. et facta est omnium permixtio. venit angelus cum hominibus chorum faciebat. homines angelis coniuncti erant et aliis celestibus superius quam virtutibus. Et erat videre antiquum repente prelium dissolutum. deum hominibus re conciliatum. diabolum confusum. demones fugientes mortem seruptam. paradysum apertum. maledictum remotam. peccatum de medio sublatum. errorem expulsum. veritatem reversam. pietatis ser mone vbique seminatum et vegetatum. celestem con versacionem in terre regione plantatam. super nas virtutes familiariter nobiscum loquentes et ad terras sepe angelos venientes. ex quibus omnibus spem firmam certissimam futurorum. propter hoc hystoriam ewangelium ista vocat hystoriam. quia sicut omnia alia verba inania docent quibus solent principia ista permitti. Nunc vero piscatorum sunt annunciata verbis. propter hoc vere ewangelium nominat quod cum omnibus sed nobis facilius donata sunt. Non enim labo ribus nostris atque sudoribus. non doloribus et erumpnis. sed per dei in nos tanta caritate. tam grandia hec promissa suscepimus. hec Crisostomus. Vnde et Augustinus. Ewangelium nomen latine inter pretatur bonus nuncius vel bona annunciacio. quod quidem cum aliquid boni annunciatur semper dici potest. proprie tamen hoc vocabulum optinuit ad nunciacio salvatoris. Narratores quippe ori ginis factorum. dictorum. passionis domini ihesu christi proprie dicti sunt ewangeliste. Sed antequam ad ewangelii hystoriam accedamus. sciendum quod quedam per ewangelistas salubriter directione spiritus sancti. aliqui anti cipando vel preoccupando quod post dicenda erant. aliqui rememorando vel retardando que obmi serant. et alii recapitulando vel repetendo que dicta fuerant posita sunt quod quamvis aliter

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

conscribi non debuerunt quia per eos summe veritatis
sunt dictata. quia secundum Augustinum probabi
le est quod unusquisque evangelistarum eo se ordine credi
dit debuisse narrare quo deus voluit eius
recordacioni suggerere. ne tamen turbari possit
devocio parvulorum quod ordine alio putet res gesta
vel dicendi consequencia congrue videbatur congru
tibus per ordinem situatur. Non tamen affirmo
quod hic sit verius ac certius et debitus rei geste
ordo descriptus quod talis ubique ab aliquo reperitur
expressus. In ipso autem Ewangelio reperies verbi in
carnati historiam. mandata et promissa in qui
bus habes viam veritatem et vitam. Christi igitur
exemplo nascere quod bene vivere possis preceptis
bene vivere scias promissis bene vivere velis.
Hiis itaque tribus tria pulsari necesse est
scilicet impotencia ignorancia negligencia. Igno
rans enim ignorabitur negligens vero negli
getur nequam simulator impotencie inobedien
cie. Conprehende ergo anima christo devote
singula omnia cum christiano et singula que de
Ihesu dicuntur diligenter discute. considera attente
de moribus pertracta et domini tui imitare vestigia.
Ille propter te de celesti sede descendit ad terrena
tu propter te fuge terrena appete celestia. Et dulcis
est mundus dulcior est christus. Et amarus est mun
dus omnia propter te sustinuit christus. Surge et
ambula noli pigrescere moram ne locum per
das in patria.

Oratio

Domine Ihesu christe fili dei vivi. concede
michi fragili ut in prosperis et adversis vitam
et mores tuos pro oculis cordis semper ha
bere et pro mea possibilitate imitari. Facque me
in spiritu proficere et crescere in interiori affectum et
in templum sanctum in domino. Illustra queso
cor meum lumine gracie que me iugiter preveni
at et sequatur ut te ductorem in omnibus consiliis
meis habens. cuncta que tibi placent implere
et que tibi displicent vitare possim. Dirige ob
secro cogitaciones sermones et actus meos in
lege tua et preceptis atque consiliis tuis. o altissi
me. ut in omnibus voluntatem tuam faciens hic
et in eternum per te merear salvus esse. Amen.

De divina et eterna christi generacione capitulum primum

Ex plenitudine itaque evan
gelii fontis scilicet boni quod
usque ad hoc tempus gracie
dulcius servavit. quasdam
guttas haurire cupientes.
sumamus inicium a divina
eius generacione de qua evangelista Jo
hannes specialiter loquitur quod omnia ad hec
induxit ut divinitatem verbi manifestaret
et errorem contra quosdam hereticos dicentes
christum purum hominem esse et per consequens
temporalem nativitatem nec fuisse ante
mariam fuisse. Et ideo de eternitate verbi
incipit. ostendens divinam christi naturam in qua
eternaliter precessit mariam. Et ponit quatuor
de divinis personis quibus ordinem consequuntur
in subditis. Primo declarat filii a patre
eternam generacionem dicens In principio erat
verbum. idem in patre apud deum. quod ab omnibus suppo
nitur primum principium necessario est verbum
ipse dictum tamquam in ipso causa est. Ac si diceret
filius erat in patre quem sic credimus. non in
maria incepit esse sed in principio idest in pa
tre quod est principium sine principio. est filius. qui est prin
cipium de principio. Dicit autem verbum dei fi
lium quod ipsius christus dominus noster quemadmodum
dicitur filius dei. sic et virtus et sapiencia dei.
Unum enim idemque significat. cum dicitur sive
filius verbum virtus et sapiencia. Sed ait
verbum non filius quia hoc nomen verbum
magis ad propositum facit quam filius.
Ubi sciendum quod vox significativa dicitur
verbum sed hoc est tantummodo large et de
nominative inquantum significat interi
orem mentis conceptum sicut urina dicitur
sana inquantum est sanitatis indicativa
et ideo sicut ille proprie dicitur sanitas que
per urinam designatur ita illud proprie dicitur
verbum quod per vocem significatur. hoc autem
est interior mentis conceptus quod vocatur

sic dicitur verbum dei sic et.